

## LIBER SECUNDUS

*Liber secundus Codicis post aliquos canones introductorios de christifidelibus in genere tractat. In eius partibus continentur: Ecclesiae constitutio hierarchica, Instituti vitae consecratae, Societas vitae apostolicae.*

*Jus constitutionis Ecclesiae in hoc libro item comprehenditur.*

PARS I  
DE POPULO DEI

*De christifidelibus* (204-207)

Omnis valide baptizati et in communione Ecclesiae catholicae in Populum Dei constituti sunt et ideo secundum eorum condicionem vocantur ad exercendam missionem Ecclesiae, a Pontifice Romano et Episcopis in eius communione gubernatae.

Quicumque non baptizati seu cathecumeni speciali ratione cum Ecclesia conectuntur et variis praerogativis gaudent.

In Populo Dei comprehenduntur clerici, laici ac religiosi communiter christifideles vocati.

ANNOTATIO: In novo Codice clare apparet iuridica condicio personarum intra ecclesiasticam societatem, in qua eaedem pares sunt, quia oriuntur ex Populo Dei. Earum differentia stat in explicatione dispari Ecclesiae missionis.

Qua propter discriminem inter clericos, religiosos laicosque minuitur.

*De omnium christifidelium obligationibus et juribus* (208-223)

Christifideles, qui cuncti sunt ad aedificationem Ecclesiae et aequalitatem habent quoad dignitatem et actionem secundum propriam cuiusque condicionem et munus, cooperant ad normas juris erga

Ecclesiam tum universalem tum particularem; tenentur observare quae declarant Pastores, tamquam fidei magistri aut tamquam Ecclesiae rectores.

Iura et munera christifidelium sunt: Pastoribus Ecclesiae suas necessitates, praesertim spirituales, patefacere; iisdem manifestare suam sententiam de his quae ad bonum Ecclesiae pertinent et eam nota facere ceteris christifidelibus, salva fidei morumque integritate ac reverentia erga ipsos Pastores; accipere a sacris Pastoribus adiumenta quoad bona spiritualia; persolvere cultum Deo; consociationes condere et moderari; promovere vel sustinere propriis quoque inceptis apostolicam actionem; educationem christianam accipere; eligere statum vitae, immunes a quacumque coactione; vindicare et ad normam juris canonici iura propria defendere; communionem cum Ecclesia semper servare; sanctam vitam ad Ecclesiae incrementum ducere eiusque sanctificationem promovendam; nuntium divinum diffundere; oboedientia exercere quae declarant Pastores utpote Christum repreäsentantes aut tamquam Ecclesiae rectores; illegitime nec ledere bonam famam qua quis gaudet, nec jus cuiusque personae ad propriam intimatem tuendam violare; necessitatibus Ecclesiae et pauperum subvenire.

In iuribus exercendis christifideles rationem habere debent boni communis Ecclesiae necnon iurium aliorum atque suorum erga alios.

Auctoritas ecclesiastica moderatur christifidelium exercitia.

ANNOTATIO: Nota insignis est institutio communis statutionis in omnes christifideles, nata ex membrorum aequalitate, atque unica expositio iurium et munerum praecipuorum.

### *De obligationibus et iuribus christifidelium laicorum (224-231)*

Praeterea munera et iura communia in prioribus canonibus statuta, separatim christifideles obligationibus et iuribus tenentur et gaudent quae sequuntur:

– manifestare omnibus hominibus et patefacere divinum nuntium, sive singuli sive in consociationibus cuncti;

- imbuere atque perficere spiritu evangelico ordinem rerum temporalium;
- pervenire ad sanctitatem familiae et educare prolem secundum doctrinam ab Ecclesia traditam;
- se gerere pro spiritu evangelico et Ecclesiae magisterio;
- assumere officia ecclesiastica ad Pastorum Ecclesiae adiumenta;
- acquirere doctrinae christiana cognitionem aptatam propriae capacitatibus;
- docere scientias sacras;
- exercere per ritus liturgicos ministeria lectoris, acolythi et ad tempus commentatoris.

Ubi necessitas Ecclesiae id suadeat, deficientibus ministris, laici, iuxta juris praescripta, ministerium verbi exercere possunt, praecibus liturgicis praesesse, baptismum conferre atque sacram Communionem distribuere.

In explicatione finitorum officiorum laici christifideles jus habent ad honestam remunerationem ut providere valeant necessitatibus propriis ac familiae.

**ANNOTATIO:** Agitur de instaurationibus quae attinent ad missiōnem et officia laicorum christifidelium, qui cum Auctoritate hierarchica actionem Ecclesiae ducunt pro animarum salute.

### *De clericorum institutione (232-264)*

Ex jure divino ad Ecclesiam pertinet proprios ministros libere eligere et pro fine suo educare. Quapropter eiusdem est jus proprium et exclusivum seminaria instituere, ubi adulescentes ad statum clericalem instituuntur.

Episcopis, parochis, sacerdotibus et generatim universae communitati christiana officium incumbit fovere vocationes et potissimum Episcopis opera ad vocationes fovendas sustentare.

Seminaria alia sunt maiora, in quibus disciplinae philosophicae et theologicae traduntur, alia minora, in quibus disciplinae litterariae excoluntur.

Ratione territorii alia sunt dioecesana alia interdioecesana, prout uni tantum dioecesi inservient aut pluribus dioecesibus totius provinciae vel regionis.

Seminaria erigenda sunt ab Auctoritate competenti; ex canonica creatione sortiuntur iuridicam personalitatem.

Codex praescribit servare seminaria minora, ubi existunt, aliave instituta similia; commendat Episcopo erectionem seminarii minoris similisve instituti ubi id expedire iudicaverit.

Iuvenes, qui ad sacerdotium accedere intendunt, possidere debent convenientem formationem spiritualem per quattuor saltem annos et morari legitime possunt extra seminarium.

Qui autem ad diaconatum permanentem aspirant – servatis praescriptis Episcoporum Conferentiae – per tres saltem annos vitam degere in aliqua domo peculiari debent si iuvenes sint; si, contra, viri maturioris aetatis sive coelibes sive coniugati, per tantosdem annos instrui debent ratione ab eadem Conferentia definita.

Regimen tam spirituale quam temporale seminarii ad Episcopum spectat aut, si agatur de seminario interdioecesano, ad Episcopos quorum interest; sed eiusdem directa cura commissa est rectori, cui socii operis sunt: oeconomus, director spiritualis, confessarius et magistri.

Antequam candidati recipiantur, minimum dua documenta exhibere debent de susceptis baptismate et confirmatione.

Summa principia atque normae generales ab Episcoporum Conferentia latae et ab Sancta Sede approbatae tradendae sunt aptatae in seminarium, quod insuper propriam ordinationem habere debet.

Formatio spiritualis et institutio doctrinalis alumnorum componantur et ordinentur ut iidem spiritu vere ecclesiastico imbuantur ac sana solidaque doctrina pollentes et inde idonei ad exercendum fructuose ministerium sacerdotale fideique praedicationem. Igitur in seminariis habeantur lectiones de communi cultura, de philosophia, de theologia, de sacra Scriptura, de liturgia, de jure canonico, de rebus Ecclesiae, de praxi pastorali. Studia philosophica saltem sexennium complectantur, theologica vero inter quadriennium.

Seminarium exemptum est a regimine paroeciali cuius officium exercetur a rectore aut ab eius delegato.

Episcopus, aut si agatur de seminario interdioecesano Episcopi quorum interest, operam profundere debet pro reditibus seminarii et substantiatione alumnorum; in hoc casu providere potest cum impositione tributi seu taxae. In dioecesi huic tributo obnoxiae sunt cunctae personae iuridicae ecclesiasticae etiam privatae, quae tantum solutae sunt si solis eleemosynis sustententur aut collegium discentium vel docentium ad commune Ecclesiae bonum promovendum in praesens habeant.

ANNOTATIO: Normae pertinentes ad clericorum institutionem simplicius reddentur. Documenta admissionis in seminarium rediguntur. Diaconatum uxoratum admittitur. Insuper etiam tonsura sublata clerici dicuntur tantum qui sacra ministeria exercent, videlicet praesbyteri aut episcopi et diaconi. Ex quattuor ordinibus minoribus nomen clericale amittunt lectoris et acolyti.

#### *De clericorum adscriptione seu incardinatione (265-272)*

Nomine incardinationis intelligitur adscriptio clerici diaconi, hac facultate praediti, alicui Ecclesiae particulari vel Praelatura personali (uti Opus Dei) aut alicui Instituto vitae consecratae vel Societati.

Similiter professus, qui post ingressum in religionem vel societatem clericalem cum professione perpetua diaconatum receperit, incardinatus manet in propria religione vel societate. Si autem agatur de Instituto saeculari incardinatus manet in propria Ecclesia particulari.

Clericus diaconus alicuius dioecesis adscribi potest alienae dioecesi per excardinationem perficiendam a proprio Episcopo et incardinationem ab Episcopo alienae.

Incardinatio effectum non sortitur nisi incardinatione secuta in alia dioecesi.

Qui a propria Ecclesia particulari legitime transmigraverit in aliam, transacto quinquennio, huic ipso jure volente incardinatur sine contraria manifestatione alterutrius Episcopi. Pariter clericus a pro-

pria Ecclesia excardinatur per perpetuam aut definitivam admissionem in Instituto vitae consecratae aut Societate vitae apostolicae.

Regulae incardinationis, quae Episcopus observare debet, sequentes sunt:

- causa necessitatis aut utilitatis propriae dioecesis;
- legitimum documentum de obtenta excardinatione necnon de clericis moribus ac studiis;
- declaratio acceptationis ex parte clerici.

Excardinatio concedi potest iusta causa pro utilitate et bono Ecclesiae vel clericis; denegari non potest nisi gravibus causis, licet tamen in hoc casu clericis recurrere.

Extra casum verae necessitatis propriae Ecclesiae Episcopus ad tempus praefinitum, pluries etiam renovandum, permittere potest propriis clericis transmigrationem in aliam dioecesim.

Sede vacante, Administrator dioecesanus licentiam transmigrandi concedere nequit nisi post annum a vacatione sedis episcopalisi.

ANNOTATIO: Per receptum diaconatum clericus incardinatur Ecclesiae particulari vel Praelatura personali, sed rite disciplinam transmigrationis Codex considerat.

### *De clericorum obligationibus et juribus (273-289)*

Ex natura ipsa et fine peculiaris status clerici sanctam vitam interiorem et exteriorem ducere debent; virtute ac rectitudine excellere.

Ratione huius principii fundamentalis sequentes obligationes communes oriuntur:

- reverenter et aequo animo parere Summo Pontifici proprioque Ordinario;
- suscipere et fideliter implere munus quod eis committatur;
- vitam simplicem ad sanctitatem persequendam ducere;
- Sacrificium Eucharisticum cotidie offerre orasque canonicas recitare;
- spirituales recessus participare;

- ad poenitentiae sacramentum frequenter accedere;
- castitatem, quae secum fert obligationem morum puritatem servandi et a nuptiis abstinendi, custodire;
- se gerere prudenter cum personis quarum frequentatio in scandalum vertere possit;
  - officia publica renuere et non participare consociationibus quarum fines cum obligationibus civitatis clericali componi nequeunt;
  - commorari in dioecesi;
  - deferre habitum ecclesiasticum decentem secundum legitimas locorum consuetudines et Conferentiae episcopalnis praescripta;
  - se abstinere negotiatione oeconomica alia lucrativa alia politica (id licet per diaconos);
  - officia saecularia aut publica civilia a statu clericali aliena non assumere;
  - nec voluntarie servitium militare capessere, nisi de Ordinarii licentia.

Vi ipsius status clericalis omnibus et singulis clericis quaedam jura competunt:

- obtinere potestatem ordinis et gubernationis ecclesiastici;
- fovere vinculum fraternitatis inter se ad cooperationem prosequendam;
- agnoscere et promovere missionem laicorum exercendam in Ecclesia et in mundo;
- sese consociare cum aliis ad prosequendos fines statui clericali congruentes;
- vitam communem ducere, si potest;
- gaudere quotannis feriarum tempore;
- perseverare in studiis sacris et preelectiones pastorales audire;
- ratione habita muneris naturae, remunerationem obtainere et sociali adsistentia gaudere.

Ad ultimum est clericorum munus:

- pacem et concordiam inter homines conciliare;
- iustitiam reddere;
- bona recepta occasione exercitii ecclesiastici officii et quae supersunt adhibere in bono Ecclesiae operisque caritatis.

Diaconi permanentes non tenentur aliquibus praescriptis.

ANNOTATIO: Novus Codex eximit vocem: «privilegia» et observat unicam et communem expositionem jurium et munerum.

### *De ammissione status clericalis* (cann. 290-293)

Potestas sacerdotalis jure divino constituta est et dependet a charactere indelebili quem Sacramentum ordinis confert; ideo theologica reductio ad statum laicalem inammissibilis est nec ab ulla potestate auferri potest. Sed datur iuridica reductio ad statum laicalem, quae auferit exercitium potestatis ordinis licitum et clericos reducit ad laicos.

Clericus reducitur ad statum laicalem tribus modis:

- Sententia iudiciali aut decreto administrativo quo invaliditas sacrae ordinationis declaratur.
- Poena dimissionis legitime irrogata ob delicta aut grave scandalum aut propter contumaciam.
- Rescripto Apostolicae Sedis variis causis gravibus concesso diaconis et gravissimis causis concesso presbyteris.

Effectu reductionis, obligationes propriae clericorum cessant sed clero manet illa quoad coelibatum, excepto eo qui ordinem sacram invalide susciperit; coelibatus dispensatio ab uno tantum Romano Pontifice conceditur.

Clericus reductus ad statum laicalem nequit denuo inter clericos adscribi nisi per Apostolicae Sedis rescriptum.

ANNOTATIO: Novus Codex, quia in casu abrogat distinctionem inter clericos maiores et clericos minores, tantum reductionem presbyterorum ad statum laicalem statuit.

### *De Praelaturis personalibus* (294-297)

Nomine Praelatura personalis veniunt Praelatura nullius et Abbatiae, quae praeditae vel non territorio particulari distincto ac separato a dioecesi cum clero et populo erectae et constitutae sunt.

Earum finis convertitur ad promovendam aptam presbyterorum distributionem aut peculiaria opera pastoralia vel missionalia perficienda pro variis regionibus aut diversis coetibus socialibus.

Institutio Praelatura, quae secularis vel regularis esse potest, semper reservatur Sedi Apostolicae, auditis episcoporum Conferentiis quarum interest.

Prelatus ut Ordinarius proprius Praelaturam regit et quoad iurisdictionem aequiparatur omnino Ordinario loci.

Jure singulari Praelatura personales reguntur statutis ab Apostolica Sede conditis, quae definiunt proposita et rationes cum Ordinariis locorum concordia.

**ANNOTATIO:** Abrogatio notionum: «Praelatura nullius» necnon «Abbatia» et coniunctio in unam: «Praelatura personales».

#### *De christifidelium consociationibus - normae communes (298-311)*

In Ecclesia distinctae ab Institutis vitae consecratae et Societatis vitae apostolicae habentur consociationes in quibus laici aut clerici et laici simul inter se coniunguntur ad perfectionem vitae christianae promovendam vel ad aliqua pietatis aut caritatis opera exercenda vel ad incrementum publici cultus vel ad alia apostolatus opera.

Haec christifidelium unio ab ecclesiastica Auctoritate erecta aut saltem confirmata nomen assumit Associationis ecclesiasticae, quae requirit duo elementa: finis spiritualis seu religiosus; erectio vel saltem confirmatio competentis Auctoritatis.

Quaelibet Associatio proprium titulum seu nomen habere debet et proprium statutum examinatum aut approbatum ab ecclesiastica Auctoritate.

Inter Associationes magnum discrimin datur:

1. Consociationes erectae et probatae ab ecclesiastica Auctoritate, quae publicae videlicet verae personae morales sunt ideoque gaudent iuridica personalitate;

2. Consociationes confirmatae ab ecclesiastica Auctoritate, quae natae sunt ex libera christifidelium voluntate et privatae vocantur.

Particulatim, quae sub moderamine clericorum exercitium Ordinis sacri assumunt dicuntur Consociationes clericales; quae autem sub Instituti vitae consecratae moderamine vitam apostolicam ducunt Tertiis Ordines vocantur.

Omnis subsunt iurisdictioni et vigilantiae Auctoritatis ecclesiasticae competentis.

Quoad receptionem aut dimissionem consociorum, requiritur et sufficit ut quis in associationem valide receptus aut gravi causa demissus fuerit secundum propria statuta.

Eadem persona adscribi potest pluribus associationibus quibus nomen possunt etiam dare sodales Institutorum religiosorum post consensum proprietorum Superiorum.

Associationes legitime erectae vel confirmatae jus habent, ad normam sacrorum canonum et statutorum, celebrandi comitia, edendi peculiares respicientes normas, eligendi officiales et ministros.

ANNOTATIO: Particulare discrimin sodalium aditus in consociationem abest. Novus Codex enim praecipue desimit triplicem speciem Associationum, quae olim distinguebantur: piae Uniones, Confraternitates, Tertiis Ordines.

### *De christifidelium consociationibus publicis (312-320)*

Legitima Auctoritates ad erigendas Associationes ecclesiasticas publicas sunt Sancta Sedes, episcoporum Conferentia, Episcopus dioecesanus, alius Superior cui apostolico ex privilegio jus reservatum est, prout agitur de consociationibus universalibus vel nationalibus vel dioecesanis. Sed tamen consensus Episcopi loci semper requiritur.

Eadem legitima Auctoritas officium habet probandi aut corrigendi Associationum statuta.

Inter membra Associationis recipi non possunt qui publice fidem catholicam abiecerint vel a communione ecclesiastica defecerint vel excommunicatione irretiti sint. Isti, praemissa monitione, ad normam statutorum dimittantur.

Nisi statuta aliud expresse caveant, Auctoritas ecclesiastica confirmat vel instituit moderatorem praesentatum aut jure proprio nominat, auditis consociationis officialibus maioribus ubi id expediat; haec norma non valet in consociationibus erectis a solidalibus Institutorum religiosorum.

Laici exercere non possunt munus moderatoris in consociationibus clericalibus nec in aliis consociationibus ecclesiasticis; item officium adimplere, si munus directionis in factionibus politicis habent.

Ob gravem causam Auctoritas ecclesiastica designare potest commissarium vel removere moderatorem iusta causa, auditis consociationis officialibus maioribus.

Associatio bona sua administrare quoque potest sub directione Auctoritatis legitimae cui rationem administrationis reddere debet.

Exstinctio Associationum fieri potest per suppressionem ex parte Auctoritatis quae eas erexerit, nisi auditis eius moderatore aliisque officialibus maioribus.

### *De christifidelium consociationibus privatis (321-326)*

Associationes mere approbatae quae simpliciter privatae dicuntur administratae sunt a christifidelibus; vigilantiae Auctoritatis competentis subsunt; iuridicam personalitatem acquirere possunt per statuti approbationem et formale decretum.

Libere Eae sibi designant moderatorem, officiales et consiliarium spiritualem, qui tamen confirmatione Ordinarii loci indiget.

Omnes administrare quoque possunt sua bona sub auctoritate et vigilantia Auctoritatis ecclesiasticae.

Exstingui possunt voluntate sodalium ad normam statutorum aut suppressione a competenti Auctoritate si earum actio in grave damnum cedit doctrinae vel disciplinae ecclesiasticae aut scandalo est fidelibus. In hoc casu destinatio bonorum ad normam statutorum determinanda est.

*Normae speciales de laicorum consociationibus (327-329)*

Qui Consociationibus praesunt debent:

- curare cooperationem cum aliis christifidelium Associationibus, ubi id expedit;
- favere inter sodales fidei et vitae unioni;
- curare spiritualem membrorum formationem.